



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De qualitate luminarium & temporis post iudicium. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

De qualitate luminarium, & temporis post iudicium. E  
 Veniente a. ad iudicium Domino in fortitudine  
 & potestate magna, sol & luna dicuntur obscura-  
 ri: non sui luminis priuatione, sed superueniente  
 maioris luminis claritate. Virtutes quoq; cœlorū,  
 i. angeli, dicuntur moueri: non metu damnationis,  
 vel aliqua perturbacione pavoris, sed quadam  
 admiratione eorum, quæ viderint? Vnde Iob, Co-  
 lumnæ cœli pauent aduentum eius. Antè diē vero  
 iudicii sol & luna eclipsim pariētur, sicut Iobel te-  
 statur dicens, Sol conuertetur in tenebras, & luna  
 in sanguinē, antequam veniat dies Domini magnus  
 & horribilis. Magnus vero dicitur, propter magna  
 quæ ibi fient. Cum a factum fuerit cœlum nouum  
 & terra noua, tunc erit lux lunæ, sicut lux solis te-  
 stante Esaia, Et lux solis septemplex erit, i. sicut lux  
 septem dierum: quia quantum luxit sol in prima  
 conditione septem dierum ante peccatum primi  
 hominis, tantum lucebit post iudicium. Minorata  
 enim fuit lux solis, & lunæ, aliorumq; syderū, per  
 peccatū primi hominis: sed tunc recipiet sol mer-  
 cedē sui laboris, quia septemplex erit: & tūc  
 nō erit vicissitudo diei & noctis, sed tantum dies.  
 Vnde Zacharias, & erit dies vna, quæ nota est Do-  
 mino, non dies neq; nox: & in tēpore vesperæ erit  
 lux, quia tunc non erit varietas diei & noctis, quæ  
 modo est, sed continua dies & lux. Esaia tñ vider-  
 tur dicere, quod tunc non luceat sol vel luna, lo-  
 quens congregationi sanctorum. Non erit ibi, in-  
 quit, amplius, sol ad lucendum per diem, nec splē-  
 dor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in  
 lucē sempiternam. Sed his verbis non negat solent  
 & lunam tunc lucere, sed significat his, qui tunc ce-  
 runt in æterna beatitudine, nullū lucis vsum præ-  
 stare. Quia vt ait Hieron. super eundem locum  
 Cœli & terræ, solis atq; lunæ nobis cessabit officium,  
 & erit ipse Dominus lumē suis in perpetuum. Per-  
 test

Lucæ 12. c

Matth. 24. c

Iob 62. c

Iob. 2. g

Esa. 30. f

Zach. 14. b

Esa. 60. d

Hieron. ad  
 illud Esaie  
 60. Non erit  
 tibi amplius  
 sol in cœm.  
 men. 10. 5.

test etiam intelligi illud Esaiæ ea ratione dictum, quia sol & luna tunc non habebunt ortum & occasum sicut tunc. Vnde Isidor. illud Esaiæ quasi exponens, ait. Post iudicium sol laboris sui mercedem suscipiet, vnde Propheta. Lucebit septempliciter, *Esai. 30. f.* & non veniet ad occasum nec sol nec luna: sed in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impii in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc, Sol & luna steterunt in ordine suo. *Abacuc 3. a.* Ecce aperte dicit solem & lunam tunc lucere, sed stabiliter permanere: vbi etiam significat infernum esse sub terra. Si vero quaeritur quis vsus lucis solis & lunæ tunc? Fateor me ignorare, qui in Scripturis non memini me legisse.

## DE DIFFERENTIA MANSIONVM IN

*cælo, & in inferno.*

## DISTINCT. XLIX. A

Post resurrectionem vero facto vniuerso impletisq; iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ: *Aug. in Enchir. c. 11. 270. princ.* vna Christi alia diaboli: vna bonorum, altera malorum, vtraque tamen Angelorum & hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit esse peccandi vel vlla condicio moriendi. Istis in æterna vita feliciter viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quorum vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti alio alio præstabilius: in miseria vero illi alio alio tolerabilius permanebunt. Ex his apparet, quod sicut boni differenter glorificabuntur, alii magis, alii minus: ita & mali differenter in futuro punientur. *Ioan. 14. a.* Sicut enim in domo patris, id est, in regno cælorum mansiones multæ sunt, id est premiorum differentiarum: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est, suppliciorum differentiarum. Omnes tamen æternam vitam patientur, sicut omnes electi *Ioan. Chry. hom. 65. ad ca. tom. 2.* eundem habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. No-

mine